

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

[Meditatio Unica. De Gratiarvm Actione. Pro Felici Exercitiorum successu.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

Pro IX. Die Meditatio Unica.

DE GRATIARVM ACTIONE.

Pro felici Exercitiorum successu.

Punctum I.

Confid. I. Quanta beneficia tibi Christus in his exercitijs cōtulerit, ea ad tria potissimum genera revocari posse, deprehēdes, videlicet illustrationes; bona proposita, & consolationes.

Considera II. Quām magni aestimanda sunt hēc beneficia; hanc magnitudinem ex triplici capite aestimare poteris, nimirum 1. *Ex dignitate & affectu conferentis*, quī, cū nullius egeat, tanto tamen amore ac desiderio salutem tuam per hēc proposita, & illustrationes procurare dignatus est, quasi ingens aliquod commodum ex tua emendatione sperare possit. Deinde *ex indignitate accipientis*, cū enim toties jam exercitia feceris, aut aliās ejusmodi illustrationes, ac proposita à Deo acceperis, nec tamen speratum inde fructum reueleris, an non meritus essem, nullum deinceps beneficium amplius accipere? an non ergo vel ex hoc capite sumimē aestimanda est Christi in te liberalitas, quod post tantam ingratitudinem tuam, post toties neglectā à te saluberrima illius consilia, denuo te ad suum colloquium admittere, noīsq; adhortationibus ad frugem reducere sit conatus?

Denique ex fine, ad quem directa sunt beneficia ista, scilicet, ut fieres vir secundum cor Dei, ut perfectam cum Deo unionem, atque adeò cum hac omnia bona, summāmq; quā in hac vita haberi potest, felicitatem consequereris.

Considera III. Si ijs, qui consilia ad opes temporales auggendas ad dignitates obtinendas, ad vitam corporis tuerandam &c. suppeditant, tam ampliæ gratiæ, præmiisque exhiberi solent, quantas tu gratias Christo debebas pro hisce beneficijs, consiliisque ad opes immortales comparandas, ad summum, qui optari potest ab homine, veri servi & amici Dei honorem obtinendum, & tandem ad ipsam animæ beatitudinem tam in hac, quām in altera vita certius & abundantius possidendum ordinatis. Colloq. ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Triplicem à te gratiarum actionem exigis, videlicet cogitatione, verbo, & opere peragendam. Primam exhibebis, & dicta beneficia, ut par est, agnoscas, magisque

Tt

facias,

facias. Secundā præstabis, si hymū Ambrosi, aut alias iusma-
di preces in agnitionē tantorū beneficiorum recites. tertium
tandē perages, si ea, quæ in his exercitijs à Deo accepisti con-
filia, atque proposita, seriō, fideliterque exequaris; & haec
quidem, ut difficiliorē, longiorēmque, ita Deo quoque, ne
cæteris duabus longè gratiorem esse certò tibi persuade.

Considera II. Quām æquum sit, ut triplicem hanc gu-
tiatum actionem Christo exhibeas, cùm tu potissimum ei
eadem fructum referas, aliunde verò meritò timere pos-
ne si denuò hæc consilia Dei, beneficiaque respucas, ille iusti
judicio te ab ijsdem ultra percipiendis excludat.

Consil. III. In quibus potissimum capitibus consilat sumi
corū consiliorū & proppositorū, quæ executioni mandat je-
beris, scilicet in hoc, ut omni rerum creatarū amore inordi-
nato exutus, in solo Dei beneplacito acquiescas, faciendo vi-
'delicet, quæ Deo placent, quo modo placent, & quia placent;
hoc enim est esse virum secundūm eorū Dei. Colloq. ad B. V.

Punetum III.

Considera I. Quæ media deinceps adhibere velis, ad di-
ctorum propostorum executionem, tria maximè suades.
Primum est, ut tibi penitus disfidens, spem tuam totam in
Dei auxilio, Beatissimæque Virginis ac SS. Patronorum sub-
fragijs constituas, idoque opem eorum sèpius ad dictam
executionem implores. Nam ut Thomas de Kempis l. 1. c.
19. rectè advertit. Justorum propositorum in gratia Dei po-
tiūs, quām in propria sapientia pendet. Secundum est, re-
novatio frequens propostorum, ut idem Thomas de Kem-
pis l. c. sapienter suadet his verbis: *Omni die renovare do-
bemus propositorum nostrum, & ad fervorem nos excitare
quas hodie primū ad conversionem venissimus, atque do-
cere: Adua me, Domine Deus, in bono proposito, & sa-
do servitio. & da mihi nunc hodie perfecte incipere, qui-
nihil est, quod hactenus feci.* Tertium est, generosa ui-
atoria, in ea maximè re, quæ te magis hactenus in perfectio-
nis studio impedivit; tantum certè proficies, quantum tib-
yim intuleris. inquit idem author. l. 1. c. 25.

Considera II. Quām efficacia simul & suavia sint hæc me-
dia, si pararum tibi Dei auxilium consideres.

Considera III. Quomodo ea deinceps adhibere velis.
Colloq. ad Christum.

ALI